Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



· XII · 413

quia ex nihilo sit. & ex eo quod non ē. & non tamen ipsa quam ille quis colat.
abominatione condignus sit, Idola enim gentium argentum & aurum opera
manuum hominum. Os habent & non loquentur. & cetera; Quomodo
ergo possunt scire & nuntiare uentura. aut narrare prius & erita. & benefacere
uel male. quae nec hominem sensum habent. nec brutorum animantium,
nec inter. ē. de quamateria facta uideantur. cum uniuersa terrae na sint;
Suscitauit ab aquilone. & uenit ab ortu solis, uocauit nomen meum. & adduxit
magistratus quasi lutum. & uelut figulos conculcans humum, qui ad nun
tiauit ab exordio ut sciamus. & a principio ut dicamus iustus. ē. Non. ē. neq:
adnuntians. neq: praedicens. neq: audiens sermones uros; Primus ad sion.
dicit. ecce adsum. & hierusalem euangelistam dabo, & uidi & non erat.
neq: existis quisquam qui mir & consilium. & interrogatus respondet & uerbū.
Ecce omnes iniusti. & uana opera eorum. uentus & inanc simulacra eorum.
LXX; Ego autem suscitauieum quia ab aquilone est. & quia ab ortu solis, uocabun
tur nomine meo; Lienant principes sicut lutum figuli. & sicut figulus con
culcans lutum, qui enim nuntiauit uobis. ea quae principio sunt. ut cognoscā
mus ea quae in futuro, & dicimus quia uerum sit; Non. ē qui praedicat.
neq: qui audiat uerba uestra; Principium sion dabo. & hierusalem consolabor
inuia; Nam de gentib; nullus. ē. & de simulacris nonerat qui adnuntiar &;
& si inter rogauero eos unde estis. non respondebunt mihi, sunt enim factores
uri. & frustra seducunt uos, Ad huc contra idola loquitur. & eos qui post
aduentum xpi ea relinquere noluerunt. illisq: pmanentib; in errore.
ipse ab aquilone suscitasse seducit populum nationum, Ab aquilone enim
exardescent mala. super omnes habitatores terrae; & ad hieremiā dicitur;
quid tu uides hieremia. & ille respondit, ollam succensam. & faciem eius
a facie aquilonis; suscitantur autem ab aquilone. ut credant in eum.
quia uenit ab ortu solis, de quo supra legimus; Qui suscitauit a oriente ius
tum. siue iusticiam; & in alio loco, Ecce uir oriens nomen eius.
Qui uocauit eos nomine meo. ut de relictis simulacris unum colant dm;
Ipse enim loquitur in euangelio, Ego uenio in nomine patris mei
& non suscepistis me. Alius uenit in nomine suo. & suscipietis eum;